

Aduertencias para

Angelus, Tabiena, & Armilla, & est com-
munis Thomistarum & aliorum Doctorum
opinio, vt Syluester & alij testantur, qui con-
stantier affirmant se iure & absq; villo cons-
cientiae scrupulo hanc opinionem esse prac-
ticandam & seruandam. Quā etiam tanquā
probabiliorē & omnino securam, vt dicit
noster Frater Pater Emmanuel ipse sequitur.
Et inter alias & efficaces quas ad hoc pro-
bandū adducit rationes, tertio loco corra-
borat & cōfirmat. Q uia Papa in prædicta fa-
cultate non habuit respectum ad constitu-
tiones Episcoporum, quæ secundum tempo-
rum diuersitatem & varia loca variantur, &
revocantur. Tum etiam, quando Pontifex
in dicta Clementina hanc potestatem Men-
dicantibus fecit, Episcopi plures alios ca-
sus sibi reseruatos habebant. Et confirma-
tur ex illa Extravaganti. Inter cunctas de
Priviligiis, in qua Extravaganti plures ca-
sus Episcopis ex consuetudine erant reser-
uati quām ibi à Papa approbantur. Sed
hæc, quorsum obsecro? quando plura extant
Mendicantium priuilegia quibus non solum
à casibus Episcopis reseruatis, sed etiam Su-
mo Pontifici, absoluere possunt, vt patuit su-
pra